



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 63. Argentinensis legati discessus Pictavio Comiti propositus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

,,vero tractationem quod attinet, brevi Sæcul. XVI.
,,relaturi sumus, quæ sit Patrum in eo A. C. 1552.
,,sententia.

Interpositis aliquot diebus, cum il-
li reticerent, quod Episcopus Naumburgi-
cus abiret, necnon reliqui etiam Ger-
maniae Præfules, duobus duntaxat ex-
ceptis, iter parare deberent, Depu-
tati Montfortium Comitem adibant,
quid demum Patres respondissent, per-
cepturi: verum ille eorum votis satis-
facere haud poterat; cum nullum ad-
huc responsum accepisset: porro cum
ipsi Episcopum Naumburgicum pariter
brevi discessurum dicerent, eis respon-
debat Comes, hunc duntaxat Oeni-
pontum ad Cæsarem proficisci, eo quod
quidam ex Saxoniæ Deputatis, eo ven-
turi essent, qui de pace cum Mauritio
ineunda agerent.

§.. LXIII.

*Argentinensis Legati discessus Piëta-
vio Comiti propositus.*

Die vicesima septima Martii idem Ar- Sleid. p. 859.
gentinensis Deputatus cum Piëta- Thuan. l. 7.
vio Comite conferens, eidem exponit, pag. 293.
quod suarum rerum conditio, ut do-
mum ipsi redeundum esset, ita pete-
ret, ideoque, quid circa Theologo-
rum disputationem Magistratui suo re-
Hist. Eccles. Tom. XLI. Aa ferre

Sec. XVI. ferre deberet, ante discessum suum sci-
A.C. 1552. re percuperet: Cum ergo Cæsaris Mi-
 nistri circa Deputatorum discessum, eo-
 rumque postulata diu, multumque de-
 liberarent, tandem Pictavius respon-
 dit: „commode fieri non potest, ut ad
 „eam normam, prout desideratis, pro-
 „cedatur, jam enim ad me delati sunt
 „articuli de Missæ Sacrificio in proxi-
 „ma Sessione definiendi, quo negotio
 „penitus confecto, ad ceteros articulos
 „procedetur: hoc tamen privatim tibi
 „communico, quin id ceteri mei Socii
 „præceperint. Verum ad hæc ita re-
 posuit Argentinensis Deputatus, „Cum
 „Concilii Theologi rem a primis funda-
 „mentis, & ordine discusserint, ac
 „primo de creatione & lapsu hominis, de
 „peccato, quod vocant, originis, de ju-
 „stificatione, de fide, de operibus, ac
 „demum de Sacramentis egerint: ita
 „quoque Protestantibus eadem est cou-
 „cedenda libertas, eoquod Patres illo
 „etiam die cautionem publicam dedi-
 „sent ad exitum Januarii polliciti, fo-
 „re, ut de rebus omnibus audirentur:
 „in eo igitur manendum, nec inver-
 „tenda est rerum natura; nisi enī recte
 „superiora definiantur, de postremis,
 „quæ pendent a primis illis, omnis dif-
 „ceptatio inutilis erit. Cum autem
 Cæsaris Ministri tam arroganti postula-

to

to annuere haud possent , Deputato re- **Sæcul. XVI.**
spondebant , se eidem concedere non **A.C. 1552.**
posse , ut discederet , eoquod Cæsar
mandasset , ne quempiam abire permit-
terent.

§. LXIV.

Cæsaris Ministri Argentinensis De- putati discessum præpedientes.

Tandem post crebras verborum con- **Sleid. p. 860.**
tentiones ultro , citroque habitas
Montfortius Comes inspectis mandati li-
teris huic Deputato ab Argentinensi
Magistratu datis respondit : „opto qui-
„dem , ut diutius si res tue ita permit-
„terent , Tridenti morari posses , cum
„vero tempori cedendum sit , nullate-
„nus tuo discessui obliuctabor : quapropter
Deputatus perbenigne dimittebatur:
Altera autem die eundem Legati revo-
cabant , hæc exponentes „etsi hesterna
„die inter nos actum esset de profectio-
„ne , re tamen diligentius perpensa ,
„& communicatis consiliis , non possu-
„mus facultatem tibi dare discedendi :
„jam enim eo res est adducta , ut elapsi
„temporis fructus expectetur , & in-
„stituatur actio : imo nisi tenuiori esset
„valetudine legatus Pontificius , hoc
„ipso die potuisset aliquid decerni : ro-
„gamus igitur , ut adhuc aliquamdiu

A a 2 „per-